

fratres mei, quanta sit messis dominice sationis et quam pauci operarii. Nunc igitur memores estote verborum domini nostri Iesu Christi, ubi ait: 'Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos' et^a cetera et 'Quia dignus est operarius mercede sua'^a.

Deinde singulis inponens manus dedit eis potestatem ligandi et solvendi et misit^b eos: beatum quidem Apollinarem in Ravennam civitatem^c, sanctum vero Marcialem in Aquitanie partes^d; beatum autem Maternum episcopum cum duobus prespiteris Eucharzio et Valerio in transalpinas Germanie partes destinavit.

Qui transmissis Alpibus Penninarum venerunt in supradictum Germanie pagum qui Illesaza^e dicitur ceperuntque incolis predicare verbum Dei; qui videntes signa et virtutes, quas faciebant — mortuos enim suscitabant, demones effugabant et languentes curabant — relicto gentilitatis errore conversi sunt ad Dominum^f. Post hec assumptis fidelibus qui crediderant, beatus Maternus insulam Novientum ingressus et^g templum effringens aras destruxit et^g simulacra comminuit et^h in flumen proiecit. Deindeⁱ omnia vasa sacrificiorum^k et omnia utensilia templi comminuit et cum ossibus mortuorum, quę inibi reperta sunt, in quodam immundo loco ac palustri ipsius insule proiecit; quę etiam usque hodie a querentibus illic^g reperiuntur^l. Post hec exedras et mansiones edituorum destruxerunt et de ruinis earum in eodem atrio ecclesiam in honorem beati Petri construxerunt ac dedicaverunt. Deinde prespiteris ac ministris de ipsis fidelibus qui crediderant, qui verbo Dei circumpositas nationes instruerent, institutis, beatus Ma-

a) 'et — sua' BP = Mader; fehlt in S. b) 'dimisit' Mader.

c) BP = Mader; 'civ. Rav.' S. d) Dahinter in PS: 'sanctum autem Saturninum in Tholosanam civitatem ('Tolosam' S), sanctum Mansuetum Tullim et (fehlt in S) sanctum Clementem in Metensem civitatem ('civ. Met.' S); bei Mader nur: 'sanctum autem Saturninum in Tolosanam civitatem'; Königshofen S. 709 dagegen sagt: 'und sant Clemens gein Metze und die andern in ander lant'; mit Rücksicht auf Königshofen mit C gegen B die hier fehlenden Namen der Apostelschüler aufzunehmen, halte ich nicht für zulässig. Königshofen wird den h. Clemens in einer seiner anderen Quellen gefunden haben. e) 'Alsatia' PS = Mader. f) BP; 'Deum' S. g) BP; fehlt in S. h) 'ac' S. i) 'simul cum omnibus vasibus sacrificiorum atque utensilibus templi, ossa etiam mortuorum quę ibi reperta' S; N stimmt mit B; da auch P hier mit ihnen übereinstimmt, muss die Abschrift C von 1320 wie sie gelautet und S selbständig diese Stelle verändert haben; sie fehlt bei Mader. k) 'sacrificorum' N. l) 'inveniuntur. Nec satis: exedras etiam et mansiones' S. Der Wortlaut von N fehlt für das Folgende.